



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 1. Artificium, & instrumentorum varietas, & vsus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

ed trahi, quod desideria præcesserunt. Desideria autem hæc, quemadmodum cælesti luce inflammantur, ita gliscere incipiunt nauseam tenebrarum; atque horrore caliginis efferuescentur.

C A P V T VI.

*Beneficia Dei, ab Aquis, ob qua meritisissimum eum Sancti laudauerunt;  
& impatientes laudare deberent.*

§. I.

*Artificum, & instrumentorum varietas  
& usus.*

 Vemadmodum lyræ vel citharæ concentus efficitur longè dulcissimus, quādo manus apta, ad nervorum eliciendos sonos, accedit, & fides ad rectam intentæ sunt proportionem; quod si verò magister desit, aut fides laxatae, necesse est, illam perire concianitatem; quippe & ars requiritur, & temperatio, sine qua nervi vel nullum, vel absurdū sonum edunt: ita Deus ludit in orbe terrarū, *Prou. 31.* ita ipsi etiam terrarū incolæ homines. DE- 31. vs artifex est optimus, plectrum semper re-

I

cte

Etè dicit , sed homines non sunt semper o  
ptima, & ad obedientiam facta instrumen  
ta: vnde nec sonum illum edunt laudis divi  
nae, quem eos edere oporteret. Quidam san

**A&t. 5. 41.** etiam percussi, eunt gaudentes, quoniam digni  
habiti sunt, pro nomine IESV, cōtumeliam pati  
atque in ipsa quoque exilia extrusi, suauis  
simè resonant, & canunt : *In exitu Israēl de*

*Egypto, facta est Iudaia sanctificatio eius.* Ni  
mirum qualis animus, talis sonus ; respon  
dētque menti vox; & bonus homo, de bono the  
sauro profert bona: & malus homo, de malo the  
sauro profert mala. Vis aliam audire citha  
ram percussam & bene sonantem? Iudæi A

**Psalms.** apostolis cæsis denuncianuerunt, ne loquerentur  
**113. 1.** in nomine IESV, & dimiserunt eos: & illi quid  
ibant gaudentes; omni autem die, nō cessabant,  
in templo, & circa domos docentes, & change  
lizantes Christum IESVM. Dulcissimum hi so  
num ediderunt, quia recte, atq; ex lege di  
uinæ harmoniæ fuerant temperati. Opti  
mum organum pulsat, quisquis pulsat pati  
entem. Quod si Deus percūiat, aut sinat

**Matth.** percuti impatiens, in quāsi absurdos illi  
**12. 35.** sonos erumpunt? quantis Diris naturam de  
ouent? Hi autem quacunque quidem igno  
rant, blasphemant; quacunq; autem naturali

**A&t. 5.**

40.

**Iudic. 10.**

**Judic. 10.**

ter

ter, tāquam muta animalia, nōrunt, in his cor-  
rumpuntur. Hinc mala existit musica, quia  
ipsi sunt mala, & non ritē composita instru-  
menta; licet Deus sit bonus citharœdus; &  
adè bonus, vt etiam, ad suam justitiam o-  
ftendendam, in his ipsis *vasis iræ*, rectē lau-  
dabiliterque diuinæ artem exerceat sapien-  
tiæ. Bene enim sonat justitia Numinis, licet  
malē resonet hominis impatientia. Sic con-  
tra punctum canitur. Quòd si verò iam ho-  
mines ipsos ludentes consideremus, canunt  
quidam benè, quia boni; malè alij, quia ma-  
li; tametsi præstantissima non illis modò,  
sed istis etiam instrumenta suppeditentur.  
Neque dubium est, exceptis prauis homi-  
nibus, optima esse omnia totius Mundi in-  
strumenta, in quibus omnibus, & David, &  
tres pueri, & alij Sancti Numen laudaue-  
runt.

## §. II.

*Elementorum terra & aquæ consortium mirè  
artificiosum, & utile.*

Inter hæc instrumenta, est tertia sublu-  
naris Mundi pars, *aqua*; & quarta *tellus*: quæ  
duæ partes, mirabili prouidentia, inter se,  
loci viciniâ, & elementi vtriusq; mixturâ,  
cohærent. Hoc coñubio omnia gignuntur,